595:2

J. J.

De

SUBLIMI PATRICIATUS HONORE

occaſione l.3.C. de Conſ.& non ſparg.

Ex Magnificô SUPERIORUM indultu

SUB UMBONE

VIRI

EXCELLENTISSIMI

DN. JOHANNIS SCHILTERI,

PHIL. ET U. J. DOCT. CELEBERRIMI, SERENISSIMI DUCIS BERNHARDI, SAXONIS CONSILIARII AULICI GRAVISSIMI,

Domini Patroni atq; Promotoris ſui ſanctô cultu devenerandi,

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872 FIRENZE

DISSERTATIONEM

Ad d. Apr. horis locoq; conſuetis P. P.

JOHANNES Francke/ Cizenſis,

AUCTOR.

JENÆ,

Typis JOHANNIS NISI,

ANNO M DC LXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SUUM PRÆSIDIUM DEUS OMNIPOTENS ANNUAT!

PRÆFAMEN.

EN, Θεμιςοφιλῶν, Elucubrationem de Sublimi Patriciatus Honore, *re tractata quidem, ſed multis incognita. Equidem aliquid operæ & olei in eâ jam conſumſeram, cùm ſemper fugeret ejus ab origine elaboratio, usq; dum communicatos mecum obtinerem Joh. Jac. Draconis Conſiliarii, Scab. & Prof. dum viveret, Coburgici libros tres de Orig. & Jure Patric. abſolutiſſimum opus. Parùm aberat tunc, quin conclamatum mihi de hâc materiâ fuiſſet. Et deſeruiſſem, niſi brevi hinc diſcedere, Lipſiam ſc. adire conſtituiſſem. Tandem ergò impetravi à me, ut vires illic periclitarer. Jacta eſt alea, an ſatis feliciter, deſpero. Abyſſus lectionis profunda deſideratur à ſcripturô ſic, & ſtudium in antiquitate non vulgare: inde eris in condonandô promtior. Gutberius depoſitarius rei veteris in antiquâ lectione verſatum facilem Patricios eosdem inveſtigans ſibi ſpondet, cùm in rebus talismodi cæcutire, inq; plurimas difficultates incidere antiquitatum ſectatoribus oppidò frequens. Noli de cæterô Patriciatum meum omnis in forô uſus expertem allegare, & hinc mihi inopportunè tractatum. Præteritâ enim multâ analogiâ ex hôc deducibili, arbitrarer ante totum* agere *diſcendum, unde & quî ſciamus. Et absq; hôc ſi eſſet, antiquitatis, ut aliàs, ita & hîc amœna jucunditas me facilè excuſatum iret. Hiſtoriam Romanam anteriorem attigi, ne quid antiquitatis ignoraretur, & quia ſperabam, eam rei meæ lucem fæneraturam. Si perſecutio ipſa non arridet, largire, ut placeat conatus.*

CAP. I.

Conſpectus.

Ratio Methodi. Romanorum primæ gentes. Diviſio populi. Patres. Athenienſes primi diviſionis populi inventores. Ordo electionis Senatorum. Patritii unde? Vocis ſcriptio. Patriciorum diverſitas. Qui maj. qui minorum Gentium. Patricii ſub Regibus. Horum officia. Singularitas in veſtibus. Senatorum diſtinctio. Plebis à Patriciis diſſenſio. Illius victoria. Explicatio §. 4. Inſt. de J.N.G. & C. Plebiſcitorum auctoritas. Patr. jura integra relicta. In eadem gente Patricii & Plebeii. Patricii ſub Auguſtis. Alex. ab Alex.

THES. I.

NOn invitus methodum, quâ circa thema certum ſudantes, uti amant, hîc prætereo. Illi ſiquidem, præmiſsâ nominis explicatione, in eô toti ſunt, ut ſi non definitionem, ſaltim deſcriptionem extruant, priusquam ad interiora progrediantur. Ego in re tam variatâ ſi idem moliar, vereor, ne indigeſtam molem loco pauliſper digeſti operis producam. Non unum etenim Patriciorum in Hiſtoriâ Romanâ genus occurrit; eorum proinde in universô ſic ſpectatorum eſſentiam unâ Logicis legibus conformatâ deſcriptione, antequam ab æquivocatione liberentur, tradere velle, ſupervacuum eſt: hæc, ut ſpero, in ſeqq. edocebere. Sit ergo de anterioribus, quos temporum ſeries ſuppeditat, primum.

II. Quatuor præcipuæ leguntur gentes, Romanæ civitati, quæ quaſi fuerunt ſeminarium. Aborigines, Saturnii illi ſubditi, primiq; Italiæ cultores, Juſt. *lib. 43. cap. 1.* Trojani, qui cum illis communi pôſt nomine Latini appellati, Sabini & Etruſci. Ex Aboriginibus Romam dicuntur migraſſe, Vitellii, Fabii, Antonii, Potitii, Pinarii, Quinctilii, Mamilii, gentes ſingulæ nobiliſſimæ. Ex Trojanis celebrantur Julii, Æmilii, Atii, Cœcilii, Cloelii, Geganii, Cluentii, Memmii, Junii, Nautii, Sergii, aliiq; multi, ita

ut

ut Juv. Romanos Trojugenas, quaſi à Trojanis genitos ſc. à potiori vocaverit. Inter Latinos nominatiſſimi ſunt Furii, Sulpitii, Curiati, Metilii, Quinctii, Servilii, Coruncanii: A Sabinis prodierunt Valerii, Aurelii, Curtii, Marcii, Tyrannii, Calpurnii, Pomponii, Claudii. Etruſcorum inſigniores ſunt Cœlii & Tarquinii. Vid. *Onuph. Panvin. lib. de antiq. Nom.*

III. Cum novorum civium numerus indies invaleſceret, confluentibus undiq; novarum rerum cupidis, liberis & ſervis, conſpectoq; adeſſe, qui novam Urbem conſtituere poſſent, condit Romulus à ſe vocatam Romam. Poſt conditam Urbem conſilium viribus parat, dividens univerſum populum in duas partes; unam vocabat Patres, hocq; titulô dignabatur Illuſtres genere & virtute celebres opibusq; abundantes; alteram è contrariò plebem; quòd eſſent obſcuri, egeni & humiles, vel ut *Liv.* loquitur, è terrà nata proles, ſeu terræ filii. Patres dicti illi ſunt, vel quòd curam Reip. adinſtar Patrum gererent; vel quòd liberorum legitimorum Patres eſſent, vel potius ipſi, quòd Patres ſuos oſtendere potuerint, *Grut. in Annot. ad Liv. lib. 1.*

IV. Non verò exiſtimandum, Romulum laudatæ diviſionis fuiſſe inventorem. Diſertè enim tradunt Auctores, hunc morem ab Athenienſibus eſſe ſumtum, (id quod non infrequens *arg. §. 10. I. de J. N. G. & C.*) qui diſtributâ bifariam multitudine Patricios appellarunt ex Illuſtribus familiis ortos & pollentes opibus, qui civitatis regimen gererent, ευπατρίδας quaſi bonis Patribus genitos, non habentes ὑπόχαλκον καὶ κίβδηλον τὸ γένος, obſcurô locô natos ἀγροίκους.

V. Ex præallegatis Patribus Romulus centum creat Senatores, ſive quia is numerus ſatis eſſet novæ Urbi; ſive quia ſoli centum eſſent, qui Patres creari poſſent. Liv. Ordo electionis refertur talis: Romulus præcipuum nominavit unum: ſingulas tribus, quæ ternæ erant, juſſit tres eligere, demum ſingulas curias; triginta harum legimus, tres, hiſce computatis, res difficultatibus erit redemta.

Digitized by Google

VI. Patrum horum filii, ut plebis plebeji, *Patricii* dicti ſunt. Rationem denominationis *Liv.* Decium *l.20,c.8.* ſic loqventem introducens oſtendit: en Romæ unquam audiſtis Patricios primò eſſe factos, non de cœlô dimiſſos ſed qui *Patres ciere* poſſent, i.e. cum honore appellare, ſuique generis auctores allegare. Exinde ſcriptionem edoceri potes, puta per *c*, non per *t*, quam tamen multi non proletariæ auctoritatis Critici amplectuntur, Græc. πατρίκιος. *Caſſ. lib.5. var.2.* Patriciatus culmen, inquit, quidam Juridicorum à Patribus eſſe voluerunt.

VII. Qui ſint Patricii, inde in proclivi eſt. Majoribus difficultatibus eſt involutum, indagare in diviſionem eorum, quæ in *majorum* & *minorum Gentium*. Plurimi enim etiam doctiſſimorum veterum à ſe invicem faciunt divortia in tradendo ortu *minorum gentium* patriciorum: alius enim Romulo ipſi in lectione ſecundâ, alii Tarquinio Priſco, alii Bruto eum tribuunt: & difficillimum eſt rem decidere, absque nota & animadverſione aliquorum ex Auctoribus.

VIII. Non me pœnitet eorum ſententiæ eſſe, qui omnes, exceptis primis, cumq; Urbe quaſi genitis, quos Maj. Gentium ſtatuunt, ſive à Romulô ſcilicet ſecundâ lectione, ſive à ſubſequentibus Regibus vel Coſſ. electos min. gentium exiſtimant. Quæris, quæ ſententia ferenda dicto *Taciti* huic? In numerum Patriciorum aſcivit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è Senatu, atque quibus clari parentes fuerant: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & Luc. Brutus minorum Gentium appellaverat. Ubi omnes omnium Regum creaturas majorum gentium; Luc. Bruti verò alterius è primis Coſſ. minorum cenſet. Quomodo emendationes Tac. in d. l. acceptandæ *Vid. Drac. l.1 c.2.n.5.* quô in re præſenti oculatior nemo vixit. Quæ *Livianæ* aſſertioni in hiſce? Priſcus centum in Patres legit, qui deinde minorum Gentium appellati. Cum quô facit Alex. ab Alex. *Gen. d. lib.4.c.11.in pr.* Tarquinius Priſcus in orbitate Senatus

legiſſe

legiſſe centum alios Senatores fertur, min.gent.appellatos:tametſi à Bruto familias min. g. inventas nonnulli credant. Cuncti hi auctores videntur de Senatorii ordinis conſtitutione tantùm loqui, & ſic breviter, quam Dion.Halic.prolixè,rem memorare, omiſsâ populi à Romulô factâ diviſione.

IX. Tene igitur, Romuli primos maj. gent. reliquos omnes min.qualeſcunque fuerint, fuiſſe. Nomine hi qui vocati, quæve familiæ inde fluxerint, it. ex ſecundâ lectione quæ inclaruerint gentes, religio eſt tranſcribere, vid. hâc operâ inter omnes feliciſſimè, quos vidi equidem, defunctum *Onuph. Pan. lib. de Nom.Rom.it.Carol. Sig.l. de N.R.*

X. Diſtinctius paulò exponenda ſunt augmenta noſtrorum Patriciorum inter Reges. Illud jam tum conſtat, Romulum primò Patres, & ex his, C. Senatores creaſſe; ſecundò illis adjunxit alios, ex iisque de novô alios C.addidit Senatores. Numa pòſt ſolos Patricios, Marcios & Tarquinios: tum Tullus Hoſtilius, Albâ dirutâ, gentes Albanas Juliam, Clœliam, Geganiam, Quinctiliam, Metiliam, Quinctiam & Serviliam patricias creavit. Alios multos aſcivit L. Tarquinius Priſcus; idem Senatus majeſtatem numerô ampliavit, C. ſuperaddendô ducentis, unde facti trecenti Flor.l.1.c.5. Quod *Liv.* hic ad CC. tantùm excreviſſe ſcribit, id fit ex ſecundæ Romuli lectionis omiſſione. Suos etiam ulterius feciſſe dicitur Serv. Hoſtilius. Superbus Rex ultimus magis imminutor, quàm auctor extitit.

XI. Officia eorum erant eximia: curabant ſacra, Magiſtratus gerebant, Remp. adminiſtrabant, resque urbanas obibant; *Alex. ab Alex.l.4.c.18.* Quibus omnibus vacui erant plebeji; quæſtuoſis enim artibus agriculturæ & pecori alendo operam dare juſſit Romulus. Unde tot turgidæ orationes, tot gentis oſtentationes. Monopolium quaſi in prælaudatis exercebant. Nam ſic ad Patres Decius plebejus inquit: ſemper iſta audita ſunt eadem penes vos auſpicia eſſe vos ſolos gentem habere, juſtum imperi-

um

um domi militiæq; Rurſum jus Patronatus in plebem habebant: integrum tamen huic erat, quemcunq; libuerit ex Patriciis, ſibi Patronum eligere: qui tenebatur ſuo clienti omnem ſolertiam & amorem, inſtar Patris præſtare. *Roſ.lib.1.c.16.* Patricii à Regibus præterea per Præconem convocabantur, quisque ſuô ac paternô nomine appellatus. Plebeji contra ea per miniſtros quosdam cornibus bubulis, quod tamen non ad indicandam horum viliorem præ illis conditionem, ſed ex aliâ ratione inductum probabiliter nonnulli affirmant. Quod Patr. pleb. connubia averſati fuerint, illud pluribus patet, *l.12.tabb.* quâ id interdictum, Dion. recitat.

XII. Quî præterea in veſtibus eminentiores fuerint Patr. ſtrictim perſequar. Romulus invenit calceos lunatos, Patriciisque eorum uſum aſſignavit. Luna verò in iis non ſideris formam, ſed centenarii numeri notam ſignificabat, quia initiò C. Patricii fuerunt. Zonaras de numeri centenarii ſignô nonnullibi in calceis ubi audierat, interpretatus eſt de P. quod Græc. centum notat, ut Roſ. ex eô ſic legit. Cùm verò iſtud rho nullatenus lunam referat, retinenda ea ſic falcata. In iſtis calceis duo fuerunt præcipua, corrigiæ ſeu ligulæ & lunula aſſuta. Ligulæ iſtæ erant ex nigrâ alutâ ad medium usq; crus pertingentes, cætera alii coloris. Erant inſuper cavi, & totũ pedem tegebant. Lunulam fuiſſe fibulam eburneam corniculantem inſtar lunæ, communis eſt opinio, *V.Alex.ab Alex. l.5.c.18.* Sed quum fibulæ ſuperiori pedis parti appoſitæ, lunulæ verò talis fuerint, conficit inde Alb. Ruben. *l. 2. de Re veſtiar. c.4.* Lunulas nõ fuiſſe fibulas, ſed eburneum ornamentum Lunulæ formam referens, malleolos pedum tegens. *Latum* porrò *clavum* mei geſtabant, etiam in prætextâ puerili: Quod poſterius quidam diſputant, ſed me nihil morabitur. Alb.Rub. *ibid.lib.1.c.14.* Quòd *bullam* in pectore geſtaverint, diſpaleſcit ex *Alex.ab Alex.q.d.l.5.c.18.* Tarquinius Priſcus dicitur inſtituiſſe, ut Patricii aureâ bulla cum togâ, cui purpura prætexitur, uterentur,

tur, *illi* ſcilicet quorum Patres curulem geſſerant Magiſtratum.

XIII. Exactis Regibus, ut facies Reip. tota fermè mutata, ita noſtri Patricii inſignem mutationem paſſi ſunt. Luc. enim Brutus diviſit populum in ordinem Senatorium, Equeſtrem & Plebejum. Senatores ſubdiviſit in Patricios, Conſcriptos & Pedarios. Patr. Sen. dicebantur à veteribus ſuperſtites: Conſc. Conſulum decretô in Senatorum albô notati ſcriptis. Onuph. Pan. *lib. 1. Faſt. de Patr. & Sen.* ad Romuli ætatem horum originem retrahit. Vid. *Grut. in not. ad Liv. lib. 11.* Pedarii communiter deſcribuntur, quòd pedibus in aliorum ſententias eunt. *Gellius* tamen *l. 3. c. 18.* contra aliorum opinionem dictos eos exiſtimat, quod Curules Magiſtratus nondum adepti, pedibus in Curiam proficiſcerentur. Qui quartam ſpeciem nim. Allectos inſerunt, nihil ineptiunt: & erant, qui ex Equeſtri ordine propter inopiam (ſc. Senatorum, quia numerus eorum plenus non erat. Id autem factum poſt pugnam Cannenſem) in Senatus ordinem aſſumebantur.

XIV. Hìc plebeji negatis auſpiciis, quòd Diis inviſi putarentur, præcluſis honoribus, quòd infeſti negligerentur, indignè ferentes, patriciorum privilegia impugnaverunt, eorumq; ſuperbam dominationem excuſſerunt. Erant pleriq; honorum blanditiis infatuati, inde nimium quantum ſibi arrogabant, variisque artibus plebis deſtructionem & demolitionem moliebantur. Frumentum aliquando vili pretiô emtum, à Siculisque magnam partem donô miſſum cariſſimè plebejis vendiderunt, omnique modô preſſerunt, quò modeſtiores fierent. Quô ipsô tamen inſignem ſolœciſmum politicum commiſerunt. Plebs ſiquidem in montem ſacrum ſecedens, Tribunos Patriciis extorſit, à quibus deinde hi multas ſtrages paſſi ſunt. Per ſuos Tribunos extorſit omnia jura, omnesque honores. Magiſtratus ex ſe ordinavit, in ſe ſic ventura omnia, quibus patricii excelluerant, gloria belli,

genus, nobilitas, magna ipſis fruenda, majora liberis relinquenda. *Liv.* Deſiit hic propoſitio hæc vera eſſe: Senator eſt, ergo Patricius. Etenim in Senatum eligebantur jam Equites, & de plebe: parumque prærogativæ remanebat in Patriciô ſanguine. Superior itidem extitit pertinacia Tribunorum plebis in diſſidiô de connubiis A.U.C.CCCIX. Communia enim ſtatim inter Patricios & plebejos ab eô tempore facta. Gens quoque ad plebejos translata, & indipiſcebantur, qui duobus ingenuis erant orti. Sub Coſſ. tamen pauci leguntur inter Patricios numerati præter gentem Claudiam, quæ annô ſextô poſt ejectos Reges in Patricias cooptata, *Suet. in Tib. c. 1.*

XV. In Comitiorum diſtinctione aliquid prioritatis remanſit Patriciis. Legibus enim Centuriatis comitiis latis tenebatur totus populus; (quid populus à plebe differat, docet *Imp.* §. *4. I. de J. N. G. & C.* ubi nota obiter, Patricios à Senatoribus diſtingui, licèt illi itidem fuerint Senatores, quia ſunt primi in Senatu, & diſtinctum gradum habent, *Gipban. ad* §. *4. d. l.*) Tributis, verius conciliis plebis, quàm Comitiis ſola plebs, incaſſum diſputante eâ, ut par utrarumque legum fieret conditio. Nec facilè quid plebs obtinuiſſet, niſi in Janiculum ſeceſſiſſet. Ibi ſanè Patres de jure ſuô, ut conſulerent bono publico, multum remiſerunt, legem, Hortenſiô Dictatore creatô, ferentes, ut omnes Quirites plebisſcita non minùs ac alias leges tenerent. §. *plebiſcitum. Inſt. d. J. N. G. & C.* A.U.C. CDLXVII. Utrum lege Hortenſiâ, an Horatiâ id factum, enucleat §. *4. Inſt. ibid. Vid. Ludvv. Comm. ad d. l.*

XVI. Quæ retinuere Patricii integra, & in quæ aſpirandi nullus plebejorum ſpem habere poterat, erant, ut ſoli ex ſe Interregem, Flamines majores, Dialem, Martialem & Quirinalem & Regem ſacrificulum facerent. Indiviſa quoq; traduntur auſpicia nihilq; magis Patriciorum proprium eſt iisdem, *Liv. l. 6. & ib. Grut. in not.* Sunt præterea fortean plura ſtatum Patriciorum concernentia, quæ huc cumulari poſſent; atenimvero cùm hoc magis

Digitized by Google

magis ſit hiſtoricum, tempus in inquirendis iis ulterius comburere nolo.

XVI. Verbô nunc quare in eâdem Gente interdum quidam Patricii, pars plebeji fuerint, indicandum. *Car. Sigon. in l. de Nom. Rom.* dicit, vel quòd non omnes ex eodem fonte promanarint, vel quòd ex Patriciâ gente nonnulli ad plebem ſe contulerint, aliqui in patriciatu remanſerint. Quod fiebat præcipuè, ſi aliquis Patr. Tribunatum appeteret. Nullus enim admittebatur ad merè plebejum hunc Magiſtratum, niſi deſeruerit patriciorum ſplendorem, & inter plebejos nomen fuerit profeſſus, donec poſt Syllæ tempora Tribunatus plebis paſſim à Patriciis & ſummis honoribus functis appeti cœpit, *Alex. ab Alex. l. 6. c. 24.* Ex adoptione idem contingebat, ſi ſc. Patricius plebejo adoptandum ſe dederat: nam tunc, ut ſunt vulgata jura, filius adoptatus Patris adoptantis ſequebatur conditionem. Liberti etiam nomen Domini gentilitium non verò conditionem, quòd patricii eſſent, conſequebantur. Tale quid præſtabat jus civitatis. Nam qui civitatem alicujus Patricii beneficiô impetrabat, nomen ejus tantùm adipiſcebatur, at in plebe remanebat.

XVII. Atque de Patriciis anterioribus hæc ſunto. Videbo nunc, qui ſub Auguſtis eſſe cœperint, in quô punctô interiori curâ verſaturus ſum. Exiguæ omnino tranſmutationes ſub omnibus notantur, usq; dum Conſtantinus ad Imperii gubernacula eſt admotus. Julius Cæſar primus Monarchiæ Romanæ conditor, parùm rerum veterum antiquavit in hôc paſſu memorabilium: tantùm enim abeſt, ut Patriciorum jura imminuerit, ut potiùs, quia ipſe fuit Patricius, (genus quippe ſuum referebat ab Julo ad Albanos Reges) cùm Senatum ſuppleſſet, Patricios quoque *lege Caſſia* allegerit, quod tum temporis rarenter fiebat, ut auctor eſt *Suet.* Octavius quoque Auguſtus Cæſaris ſucceſſor, qui ab eôdem inter Patricios allectus dicitur, legit Patricios lege *Seniâ.* Gutherius & alii ſubſtituunt *Sentiâ.* Sic Claudius nonnullorum

lorum auctor perhibetur. De Veſpaſianô *Tac.* teſtatur, eum revertentem à legatione legionis ſc. Agricolam inter Patricios aſciviſſe, ac deinde Provinciæ Aquitaniæ præpoſuiſſe. Ex variis civibus, quin imò peregrinis ab his nominati Patricii. De Alex. Severo refert *Alex. ab Alex. G.D.l.4.* eum, ut Senatorius ordo ſanctior reverentiorque putaretur, ex Senatoribus illos, qui principali dignitate inſignes forent, in ordinem Patriciatus, quæ major ampliorque dignitas habetur, multos provexiſſe & adſciviſſe. Ubi tamen politæ eruditionis Vir aliquid humani paſſus, tribuendô videlicet, quæ multis annis pôſt demum effloruit, Patriciatus dignitatem huic ævo. Obtinuit adeò hactenus dilucidatus Patriciorum ſtatus idem fermè ſub omnibus Impp. usque ad Conſt.M. Fuerunt autem pleriq; omnes in legendis Patriciis paululum profuſiores, cùm tamen antiquiores longè parciores fuerint. Quòd ſucceſſu temporis eorum auctoritas decreverit, pauciorque honor factus, pateſcet facilè penſitantibus, quâ ratione Impp. ſemper ſibi arrogârint & attribuerint omnem poteſtatem in Senatum & honores.

Caput II.

Conſpectus.

Auctor Patriciorum in ſecundâ claſſe. Conſtantinus. Conſiſtorium Conſt. Conſiſt. Juſtiniani. Patr. Patres Principis. Horum cum prioribus collatio. Juriſperiti. Zeno. Inſcriptio & ſubſcriptio l.3. C. de Coſſ. Diviſio Patriciatus. Modus conſtituendi. Patriciatus praeminentia. l. 1. C. de Coſſ. παράφρασις. *Trabea. Patriciatus ad heredes transmiſſibilis. L. ipſa. Ratio l. Patricii ſupra Illuſtres. Magiſtratuum ordo. Conſulatus. P.P.P.P. Illyrici.* P.U. *Mag. militum. Mag. officiorum. L. abrogatio.* Privilegia *Patriciorum. Arniſaus laudatus.*

Th. I.

Ventilatis, quantum quidem mihi neceſſarium duxi, Patriciis, ad alios ab hiſce diverſiſſimos, jubente ſic temporum ſerie,

rie,

rie, quod rei caput eſt, deveniam. Initia prima talium altiùs repetenda. Patriciorum autem, prout hic ſub conſiderationis incudem vocantur, auctorem & quaſi Patrem unanimes *Conſtantinum* cognomine *magnum* aſſerunt Auctores. *Zoſimi* diſertè hanc dignitatem ſc. patriciatum primum excogitaſſe Conſt. referentis verba, lege *ap. Cuj. ad d. l. 3. C. de Coſſ. Et Guth. l. 2. c. 19. de off. Dom. Aug.* Primus hic Imperator extitit, qui publicè Chriſtianam amplexus religionem. Famoſiſſima eidem donatio illa, adhuc tamen futura, affingitur. Idem diviſit Imperium in Orientale & Occidentale: cauſam dederunt Licinii machinationes, quas aliquoties expertus erat, ſperans melius ſic filiis proſpecturum. Byzantium, relictâ Româ, Imperii ſedem ſibi conſtituit, à ſuô nomine vocatum Conſtantinopolin. Romam novam quidam id vocant, ex *l. 5. C. de Oper. Publ.* quia veterem Romam in omnibus æmulabatur.

II. Diviſô ſic Imperiô, Conſiſtorium extruxit Conſtantinus, cujus occaſione multa Patriciorum infertur mentio. In eô enim dicuntur poſt Principem aſſediſſe conſultantes Comites Conſiſtoriales, Præfecti Prætorio, & Quæſtores ſacri palatii. Hi epiſtolas principis recitabant, leges dictitabant, reſponſa dabant, iisq; aſſidebant *Patricii*, Senatores, Conſulares, Expræfecti, Exquæſtores, Primicerii Notariorum. *Perez jur. publ. p. m. 145. Roſin. l. 7. c. 5. Gudel. de jure noviſſ. l. 5. c. 5.* Hâc tamen novatione parùm veteri juri Patriciorum eſt derogatum, quandoquidem jus Gentilitatis ſalvum retinuêre.

III. Conſiſtorium hoc comprehendebat & tribunal & auditorium: publicorum judiciorum cognitiones aut nobiliores de re pecuniariâ controverſiæ pro tribunali, privatorum in auditoriô agitabantur, *Illuſtris Dn. Strauch. de ſtatutis.* In Conſiſtoriô porrò Principis Illuſtrium cauſæ decidebantur, ſi quid deliquiſſent, & poſt depoſitam adminiſtrationem accuſabantur. Princeps illorum Judex erat, *l. fin. C. ubi Senat. l. Clar.* Ubi tamen

 diſtin-

diſtinguendum inter eos, qui illuſtri dignitate donati ſunt à Principe, & eos, qui ob adminiſtrationem geſtam illuſtres fiunt.

IV. Conſiſtorium à noſtrô aliud eſt in *l. 22. §. fin. C. de SS. Eccl. verb.* in novô Conſiſtoriô Palatii Juſtiniani. Erat palatium in ſuburbiô Conſtantinopoleωs, in quô Juſt. juri dicundo novum conſiſtorium extruxerat, dictum ſeptimum miliarium, vel ſeptimiliarium *Nov. 118. in fin.*

V. Erant autem Patricii auctorem habentes Conſtantinum, viri ſummæ dignitatis & auctoritatis, ad hoc ordinati, ut Imp. & Remp. conſiliis juvarent; idcirco etiam Patres Imperatoris vocatos videmus *l. ult. C. de Coſſ. & §. 4. Inſt. quib. mod. jus P. P. ſolv.* De Eutropiô Patriciatus honore conſpicuô Claud.

---- Præſidium legum, genitorq; vocatur
Principis, & famulum dignatur regia Patrem.

A Luitprandô vocatur Patricius πατὴρ βασιλέως. Suidâ πατρίκιος πατὴρ τοῦ κοινοῦ. In Suet. per *participem atq; tutorem Imperii* noſtræ ſortis virum intelligunt. Juv. nominat tutorem Principis. Alludit eò Claud. ubi Eutropium Patriciâ dignitate juxtim ac bonis exutum ſic exagitat:

Direptas quid plangis opes, quas natus (Princeps) *habebit.*
Non aliter poteras Principis eſſe Pater.

VI. Miraris exclamando: quantum mutatus ab illô Patriciô. Inſignem, quod fateor, metamorphoſin introduxit Conſt. rem tamen planè non incognitam eſt molitus. Quem enim fugere poterat Patriciorum notio, tam multis retro ſeculis in Romanâ Rep. uſurpata? Quid præterea in vulgus notius, quàm Conſiliariorum uſus ab Impp. & ipsô Romulô frequentatus? Patricii Romuli erant lignella, ex quibus primitus unicè Senatores i. e. Conſiliarii fiebant. Nihil proinde novavit Conſtantinus, præterquam, quòd veteri officiô functuris nomen itidem antiquiſſimum, ſed ſub aliâ paululum ratione impoſuerit. Aq; veterum

Patri-

Digitized by Google

Patriciorum ordine & ſplendore nomen deductum, res ipſa indicat. Feruntur aſſimiles Romæ florente Rep. Conſularibus, Prætoriis & Ædilitiis, quibus in ſenatu Curuli ſellâ uti, primisq; ſententias dicere jus erat, *Calv.Lex.in voce* Patr.

VII. Ante Conſtantini tempora Patriciorum munus explebant, licèt nomen ſub hôc conceptu fuerit incognitum, adjunctum ſc. tali dignitati, *Juriſperiti*, in Conſilium Principis allecti. Agebant enim & hi circa latus Imperatorum & honos delatus finem certi temporis & loci non habebat, *l.30. D. de execut.* Iidem etiam ab Impp. Patrum titulô ſunt honorati. Sic Alex. Mammææ. Ulpianum Parentem ſuum vocat *l.4. C.de Loc.& cond.*

VIII. Mittamus ὡς ἐν παρέδῳ conſideratos Patricios: quæ ſupererunt notabiliora de iis, ſub *l.* quam ſtrictim examinare conſtitui, docebuntur. Legis igitur *3. C. de Coſſ.* auctor inſcribitur Zeno. Ne hic intelligas Zenonem Citticum Philoſophum, qui Stoicæ ſectæ Princeps & inventor celebratur, tantô apud Athenienſes habitus honore, ut claves urbis apud eum deponerent, ornarentq; ipſum coronâ aureâ & imagine æneâ. Alius à noſtrô deinde eſt Zeno Eleatus, cui Dialectica cognomen debet, pugnô manuq; explicitâ, quid inter Rhetoricam & Dialecticam interjaceret, oſtendere ſolitus. Nec quicquam nobis commercii cum Zenone Philoſophô Epicureô, Ciceronis συγχρόνῳ. Fuit namq; noſter Pater Leonis junioris, poſtea ad Imperium evecti. Ejus ad ſummum Imperii faſtigium evictionem ex *Onuph.Panvin. l.3. Faſt.* ſic invenio: Leo Senior Imp. Conſtantinopoli mortem obiens, reliquit ſucceſſorem Imperii ex Ariadnâ filiâ nepotem Leonem. Hic cùm adoleſcens valetudinarius eſſet, Aricmeſum Iſaurum cognomentô Zenonem Patrem ſuum Imperatorem nominat, A.474. Hoc factô annô ſequente moritur. Vacuam Imperatore ſedem exornat deſignatus Imp. Zeno. Quâ tamen Verinæ Auguſtæ ſocrus ſuæ, & Baſiliſci fratris ejus inſidiis depellitur: cum Ariadnâ proinde uxore Imperiô exactus in Iſauriam

riam

riam fugit. Interea temporis bellè de hâc Helenâ Marcus & Oreſtes inter ſe digladiantur, corollam auferente Auguſtulô. Quam tamen iterum extorſit Zeno, reaſſumens Imperiũ, feliciterq; poſt hæc annos XV. imperavit. Ipſe prædicat imperium ſuum feliciſſimum, *l.64. C. de decur.* Vid. Cæſarum βιογράφυς.

IX. Data lex noſtra ſine die & Conſule. Solenne enim hoc videtur Compilatoribus, quoties non tota conſtitutio, ſed ejus quædam particula certô titulô accenſetur. Illud palàm eſt, pauciſſimas legum, quæ habentur in Cod. eſſe totas, ſed pleraſq; omnes Conſtitutionum partes. Nec adeſt Magiſtratus, ad quem data. Utrunq; in ll. Zenonis, non infrequens, ut videre eſt ex *l.10. & 11. C. de muner. l.17. C. de re mil. l.8. 9. & 10. de div. off. l.2. de priv. Schol. l. 4. de Caſt. l. 6. C. de Execut. l.3. de privil. Schol. l.8. de princ. ag. in rebus, l. fin. de div. præd. urba. l. 1. & 2. de præd. tam. l. un. ut nullus ex vic. l.10, 8. de aquæd. &c.* Inſcriptiones legum C. valdè ad illarum intellectum neceſſarias eſſe, notum. Nam cognitio ejus rei, de quâ emiſſum decretum, ad eos pertinet, ad quos datum. Si divinatorium hoc eſſe, non totam vid. conſtitutionem hîc haberi, quis urgeat, haudquaquam elabendi rimam mihi præoccupatam opinetur. Datô enim hôc dico, adhuc meam l. auctoritate non deſtitutam ob §.2. *Conſt. de Nov. C. faciendo* arbitror. Multa enim ſunt reſcripta & conſtitutiones, in quibus nulla fit mentio diei & conſulis, quas in dubium vocare nemo audebit. In beneficiis perſonalibus & contractibus dies & Conſul apponi debent, alioquin auctoritate carent, *l. 4. de div. reſcript.* Agnoſco aliàs κριτήριον legis probantis inſcriptionem & ſubſcriptionem: quam non damno, alterutra tantùm ex his ſi abſit: damnantur tamen utrâq; deficientes, quibus adhæc in Edit. D. Gothofredi numerus Romanus præpoſitus. Ex multis laudo *l. 20. & 25. C. de SS. Eccl. l. 36. ibid. l.17, 18, 20. C. de Epiſc. aud. l. 12, 13, 14, 15, 16. C. de hæret. & Manich. l.13. C. de Aſſ. l.2. C. de Sport. l.7. C. de execut. l. 29, 30. C. de uſur.*

X. In

X. In duo autem membra noſtra Conſtitutio eſt diviſibilis: unum ponit ſubjectum capax ſublimis Patriciatus honoris, quod tale non erat, niſi aliis Magiſtratibus antehàc fuerit functum. Priores Auguſti intra tales anguſtias ſe non coarctaverant, ſed ſemper ſibi laxam aſſeruerant poteſtatem Patricios nominandi, quoscunq; libuerit. Alterum de ſumtibus in aquæductum publicum ſub initium collatæ dignitatis faciendis diſponit. De utròq; eò usque, donec legi aliqualiter ſatisfeciſſe putaverimus; & ea omnia pro temporis, quod nobis diximus, modô & ingenii modulô.

XI. Primò de ipsô Patriciatu nonnulla. Ex anterioribus clarum eſt, Patricios noſtrô concipiendi modô Patres Imperatoris eſſe vocatos. Pronum inde conjicere, non è fœce vulgi tales fuiſſe, aut inferioris conditionis. Quid enim magis indecorum fuiſſet, quàm Patrem Principis fontis dignitatum eſſe, & tamen ſordidô vitæ genere occupari, & humili abjectoq; cœtui accenſeri. Proinde iis etiam ſplendidum honorem aſſignare voluerunt, Patriciatum nominatum. Lectio hujus vocabuli apud Auctores Conſtantino M. ſeniores rariſſima eſt. Nec recentiores eô facilè utuntur, niſi verſentur circa rem noſtram. Dicitur in lege noſtrâ ſublimis honor, qui cæteris omnibus anteponitur, in *l. ult. C. de Coſſ. &* §. *4. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* ſumma dignitas, *l. 64. C. de dec.* excelſa dignitas, eâq; gaudentes viri excelſi *d. l. fin. C. de Coſſ. Nov. 81.* glorioſiſſimi. Proceres aulæ vel Regiæ, Giph. *ad* §. *4. Inſt. quib. m. j. p. p. ſ.* Nam ſuper omnes Præfectos Prætorio ſederunt, proximamque ab Imperatore obtinuerunt dignitatem.

XII. Modus conſtituendi refertur ex hiſtoria Pauli Forojuliani de reb. geſt. Longob. extante in biblioth. Vaticanâ à Schard. & Calv. in lex. ſic: Patricii dignitas, taliter diſponenda eſt, quatenus illa non vili perſonæ, nec alicui concedatur ignoto. Sit enim valdè notus Imperatori, ſit fidelis & prudens, non elatus.

Protoſpatarius veniens ante Imperatorem oſculetur ſuum humerum, & dicat: maxime Imperatorū, adeſt quem vocâſti. Tunc ſtet ad ſiniſtram Imp. illius Hipparchus, quem nos dicimus Præfectum, & dicat ei Imp. cum Protoſpatariò futurum Patricium adducito. Dum autem venerit Patricius, imprimis oſculetur pedes Imperatoris, deinde genu, ad extremum deoſculetur ipſum: tunc oſculetur omnes Romanos circumſtantes, & dicant omnes; bene veniatis. Nobis nimium laborioſum eſſe videtur, conceſſum nobis à Deo miniſterium ſolum procurare. Quocirca te nobis adjutorem facimus, & hunc honorem tibi concedimus, ut Eccleſiis Dei & pauperibus legem facias, & inde apud altiſſimum Judicem rationem reddas. Tunc induat eum Imp. mantum & ponat in caput aureum circulum & dimittat. Alius tamen mentionem infert Juſt. §. *4. Iuſt. q. m. j. p. p. ſ.* Ibi enim Codicillis Imperialibus præſtitis conferri dicitur Patriciatus. Codicilli autem ibi notant literas συστατικὰς ipſiscum ab Imperatore communicatas, ſeu diplomata, quæ teſtarentur de collatâ dignitate. Haud dubiè eundem fermè in modum concipiebantur, quò moderna, quibus Nobilitatem optimè merentibus Auguſti donare ſolent. Protoſpatharius in aulâ Conſtantinopolitanâ ſplendidus erat officialis, & fungebatur judicandi munere. Obtinuit nomen à ſpathâ, quam gladium interpretantur; monitus fortaſſis officii, ut ipſe tanquam primarius Judicum non parcat gladiò in maleficos & delinquentes uti, ſecuturis exemplum reliquis haud ſegniter. Aliquot inſuper formulæ enumerantur à Caſſiod. quas tamen huc tranferre non vacat.

XIII. Diximus de eminentiâ Patriciatus, quæ tanta eſt, ut omnibus honoribus anteponatur, ceu habet l. noſtra. Id quod dubium reddit *l. un. C. Th. de Coſſ.* ubi Conſulatus omnibus faſtigiis dignitatum præponitur. Eſt ſanè Conſulatus omnium dignitatum κεφαλὴ καὶ κορυφή. Videtur adſtipulari *Caſſiod. 5. var. 2.* Præfectorios & aliarum dignitatum viros antecellit: *uni tantùm*

(du-

(dudum enim exploſa lectio *unitatum*) cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis conſtat aſſumi. An per *fulgorem* iſtum præciſè veniat Conſulatus, disquiri poſſet. Ex Suet. enim & aliis Auguſtæ Hiſtoriæ Scriptoribus diſpaleſcit, etiam poteſtatem Proconſularem & tribunitiam propter dignitatem priſtinam aſſumi ab Impp. ſolitam. Quicquid hujus rei ſit, retinebimus Conſulatum. Controverſia non eſt de nihilô: proinde alii diſtinguunt inter *gradum & durationem:* quòd Conſulatus major non quidem duratione ſit, quia tantùm annuus erat, Patriciatus verò perpetuus, ſed tantùm gradu. Sic *Aur. Caſſ. lib. 6. form. 2.* mox ut datus fuerit, in reliquum vitæ tempus homini ſit coævus, ornatus individui cingulum fidele, quod neſcit antè deſerere, quàm de mundô contingat exire. Alii hôc modô limitant, ut Patr. Conſulatu in eô ſit amplior, quia patriâ poteſtate liberet, quod honor Conſularis nequit. *Perez. in Com. C. ad b. l.* Ita hæc conciliari poſſe arbitratur, ut Conſul durante munere Conſulari, omnibus dignitatibus præpoſitus fuerit, poſtquam autem eô defunctus eſſet, & Conſularis tantùm titulum retineret, non mirum ſi vinceretur à Patricio, cujus dignitas totô vitæ tempore durabat. *Bacb. ad Treutl. Vol. 1. Diſp. 2. th. 12. l. a.* re ipsâ Patriciatum Conſulatu majorem fuiſſe ſtatuit, ex verbis *Caſſ. 3. var. 5.* Sume poſt Conſulares faſces emeritos Patriciatus inſignia, tuarum munus plenarium dignitatum. *Guth. in aureo lib. de off. dom. Aug. l. 1. c. 11.* Conſulares omnes Patricium præcedere autumat, ſi Conſulatui dignitas Patriciatus addatur: alioquin allegat *l. 1. C. T. de Conſ.* ubi diverſa culmina dignitatum Conſulatui cedere, evidenti auctoritate Grat. Valentin. & Theodoſius decreverunt, cum quô hîc facere placet. Quid verò, ſi Conſul prior poſteriori Conſuli eiq; Patricio hactenus poſthabitus, etiam honore Patriciæ dignitatis decoretur, quis præferendus? Quia, ut dictum, Patriciatus ſplendidior Conſulatu pro poſteriore Conſule, at priore Patricio eſſet reſpondendum. Nihilominus patrocinantur *Theod. & Va-*

 lent.

lent. AA. in l. 1. C. h. t. primo Conſuli, quia alterutrâ in dignitate prior fuit. Conſules autem iſti, ſi vacui ſemper patriciatu manſiſſent, haud dubiè nunquam de prælatione diſceptaſſent, quia prioritas temporis in pari dignitate utramque facit paginam, & ſervatur inter civiles Magiſtratus ordo & tempus non ætatis, ſed obtentæ dignitatis. Quòd Conſules Conſulares trabeæ ſummitate anteeant clarum eſt ex *l. 1. h. t.* Trabea fuit toga Coſſ. latis clavis diſtincta, dicta *palmata* à latitudine clavorum, ut *Feſtus de V. S. in v. picta* docet.

XIV. An autem Patriciatus ita fuerit perpetuus, ut ad heredes eſſet transmiſſibilis, commodè hîc diſquiritur. Illud unô ore fatentur, eſſe non Magiſtratus, ſed ordinis dignitatisve nomen. Verùm egomet aut non ſatis capio vocem dignitatis, aut rectè contrà calamum ſtringo. Magiſtratus hîc tantùm officium ſignificat, aliàs in jure quid notet *vid. ap. Sutb. Diſſ. de Jurisd. §. 101.* Dignitas, prout contradiſtinguitur Magiſtratui, vacans eſt munere & imperio, eſt nomen ſine re, nullumq; adminiſtrationis iis, qui habent, incumbit onus: dandoq; ſic patriciatu Auguſti voluerunt virtutem & bene merita in Remp. ornare, ut hodienum nonnullis benè merentibus Nobilitatis attribuuntur inſignia. Hâc notione ſicut nobiles in nobilitatem, ita heredes ſui Patricii in patriciatum ſuccederent. At enimvero ſi nudus eſt honor & dignitas, quamobrem Principis Patres, i.e. Conſiliarii, & Reip. maturis conſiliis, ut Domini familiæ, adeſſe dicuntur? Cameræ Imperiali aſſidere & conſulere non ſunt meræ dignitatis ſeu honoris appellationes, ſed officia ſimul & onera. Quod innuere videtur *Juſt. Nov. 81. præf. in verb.* quos in *Officium* Patrum nos proveximus noſtrorum. Ergo dignitas Patriciatus non erat hereditaria, ſed jure quaſi uſufructuariô & cum vitâ exſpiraturô interibat. Nihil eſt perpetuum, quod non rebus, ſed contemplatione dignitatis atque militiæ perſonis indulſiſſe,

nos

nos conſtat *l.13. C.de exc. mun.* Memini quidem omnium præfecturarum, Ducatuum, Comitatuum & Marchionatus dignitatem poteſtatemvè, quæ olim temporaria fuerat & morte finiebatur, juris perpetui, privati, & hereditarii factam aliquando eſſe, id quod hodienum adhuc obtinet, ut allegat ex *Boxhorn. Hiſt. univ.Dn.Struv.in S.J.F.c.1.aph.4.n.5.* Idem tamen de noſtrâ dignitate aſſerere, tacente fide hiſtoricâ, nemo audebit. Interim nihilominus largior, Patriciatum ſi conſideres, ut meram dignitatem, tranſire ad heredes, eosq; omnium beneficiorum inde redundantium participes reddi; haudquaquam verò, iſtum ſi reſpicias, in quantum adjunctum officium & munus habet. Siquidem tunc perſonam privilegia & jura conceſſa non egrediuntur, ſed ejus oſſibus quaſi inhærent, & cum eâ emoriuntur.

XV. De hôc dignitatis genere conſtituit Zeno, ut nemo ad eam eveheretur, niſi prius Conſul, aut Præfectus Prætorio vel Illyrici, vel Urbi, aut Magiſter militum, aut Magiſter Officiorum fuiſſet. Quæ Conſtitutio non apud Succeſſores Imperii ſolùm in viridi obſervantiâ manſit, ſed apud Italiæ Reges culta videtur. Sic Theodoricus Rex Importunum hiſce verbis Patricium creat: tot Parentum laude conſpicue, tot etiam majorum gloriâ decorate, ſume *poſt Conſulares faſces emeritos* Patriciatus inſignia, tuarum munus plenarium dignitatum: & cani honoris infulis adultam cinge cæſariem, qui meritorum laude ætatis præjudicia ſuperaſti. *Caſſ.3.Varr.V.* Hoc modô Athalaricus Rex Cyprianum, virum poſt exquiſitiſſimas laudes naturâ ipsâ viſum Patricium: multis laboribus multâq; fide & conſtantiâ comprobato Patriciatus tibi, Deo auſpice, conferimus dignitatem, honorem ſiquidem celſum, ſed qui tuis meritis probetur eſſe æqualis. Quæ ratio Zenonem Imp. moverit, in expeditô adeo non eſt: ſi tamen conjecturis locum expetiero, *l.20.D.de ll.* huc faceſſere jubeo. Mactati forſan fuerant non pauci indigniſſimi eô honore, qui vix bubulcorum, quid dicam Impp. Patres eſſe poſſent: huic malo mede-

Digitized by Google

lent. AA. in l.1.C. h. t. primo Conſuli, quia alterutrà in dignitate prior fuit. Conſules autem iſti, ſi vacui ſemper patriciatu manſiſſent, haud dubiè nunquam de prælatione diſceptaſſent, quia prioritas temporis in pari dignitate utramque facit paginam, & ſervatur inter civiles Magiſtratus ordo & tempus non ætatis, ſed obtentæ dignitatis. Quòd Conſules Conſulares trabeæ ſummitate anteeant clarum eſt ex *l. 1. h. t.* Trabea fuit toga Coſſ. latis clavis diſtincta, dicta *palmata* à latitudine clavorum, ut *Feſtus de V.S. in v. picta* docet.

XIV. An autem Patriciatus ita fuerit perpetuus, ut ad heredes eſſet transmiſſibilis, commodè hîc diſquiritur. Illud unô ore fatentur, eſſe non Magiſtratus, ſed ordinis dignitatisve nomen. Verùm egomet aut non ſatis capio vocem dignitatis, aut rectè contrà calamum ſtringo. Magiſtratus hîc tantùm officium ſignificat, aliàs in jure quid notet *vid. ap. Suth. Diſſ. de Jurisd. §. 101.* Dignitas, prout contradiſtinguitur Magiſtratui, vacans eſt munere & imperio, eſt nomen ſine re, nullumq; adminiſtrationis iis, qui habent, incumbit onus: dandoq; ſic patriciatu Auguſti voluerunt virtutem & bene merita in Remp. ornare, ut hodienum nonnullis benè merentibus Nobilitatis attribuuntur inſignia. Hâc notione ſicut nobiles in nobilitatem, ita heredes ſui Patricii in patriciatum ſuccederent. At enimvero ſi nudus eſt honor & dignitas, quamobrem Principis Patres, i.e. Conſiliarii, & Reip. maturis conſiliis, ut Domini familiæ, adeſſe dicuntur? Cameræ Imperiali aſſidere & conſulere non ſunt meræ dignitatis ſeu honoris appellationes, ſed officia ſimul & onera. Quod innuere videtur *Juſt. Nov. 81. præf. in verb.* quos in *Officium* Patrum nos proveximus noſtrorum. Ergo dignitas Patriciatus non erat hereditaria, ſed jure quaſi uſufructuariô & cum vitâ exſpiraturô interibat. Nihil eſt perpetuum, quod non rebus, ſed contemplatione dignitatis atque militiæ perſonis indulſiſſe,

nos

Digitized by Google

nos conſtat *l. 13. C. de exc. mun.* Memini quidem omnium præfecturarum, Ducatuum, Comitatuum & Marchionatus dignitatem poteſtatemvè, quæ olim temporaria fuerat & morte finiebatur, juris perpetui, privati, & hereditarii factam aliquando eſſe, id quod hodienum adhuc obtinet, ut allegat ex *Boxborn. Hiſt. univ. Dn. Struv. in S. J. F. c. 1. aph. 4. n. 5.* Idem tamen de noſtrâ dignitate aſſerere, tacente fide hiſtoricâ, nemo audebit. Interim nihilominus largior, Patriciatum ſi conſideres, ut meram dignitatem, tranſire ad heredes, eosq; omnium beneficiorum inde redundantium participes reddi; haudquaquam verò, iſtum ſi reſpicias, in quantum adjunctum officium & munus habet. Siquidem tunc perſonam privilegia & jura conceſſa non egrediuntur, ſed ejus oſſibus quaſi inhærent, & cum eâ emoriuntur.

XV. De hôc dignitatis genere conſtituit Zeno, ut nemo ad eam eveheretur, niſi prius Conſul, aut Præfectus Prætorio vel Illyrici, vel Urbi, aut Magiſter militum, aut Magiſter Officiorum fuiſſet. Quæ Conſtitutio non apud Succeſſores Imperii ſolùm in viridi obſervantiâ manſit, ſed apud Italiæ Reges culta videtur. Sic Theodoricus Rex Importunum hiſce verbis Patricium creat: tot Parentum laude conſpicue, tot etiam majorum gloriâ decorate, ſume *poſt Conſulares faſces emeritos* Patriciatus inſignia, tuarum munus plenarium dignitatum: & cani honoris infulis adultam cinge cæſariem, qui meritorum laude ætatis præjudicia ſuperaſti. *Caſſ. 3. Varr. V.* Hoc modô Athalaricus Rex Cyprianum, virum poſt exquiſitiſſimas laudes naturâ ipſâ viſum Patricium: multis laboribus multâq; fide & conſtantiâ comprobato Patriciatus tibi, Deo auſpice, conferimus dignitatem, honorem ſiquidem celſum, ſed qui tuis meritis probetur eſſe æqualis. Quæ ratio Zenonem Imp. moverit, in expeditô adeo non eſt: ſi tamen conjecturis locum expetiero, *l. 20. D. de ll.* huc faceſſere jubeo. Mactati forſan fuerant non pauci indigniſſimi eô honore, qui vix bubulcorum, quid dicam Impp. Patres eſſe poſſent: huic malo mede-

Iam quærens Noſter, ut abortivi, ſic vulgus inceſſebat per gratiam & præmia factos Senatores J. Cæſaris, tandem à palatiis arcerentur, Conſtitutionem taliter fecit. Declinare etiam fortaſſis voluit ſic quotidianam Patriciatum ambientium, quibus tantùm non enecabatur, precum moleſtiam. Vel ſi mavis, ſplendidiorem reddere ſategit honorem. Sibi aliàs legem nequit ponere ſumma Majeſtas, quia nullum externum adeſt principium, quod eam cogere queat.

XVI. Obiter annota, Patricios cum Coſſ. & Conſularibus *SuperIlluſtres* habitos fuiſſe propter eorum ſc. ingentem honorem, ſatis per ſe notum ſine ullô tituli additamentô. Nonnullis ſupra-Illuſtres ſunt Papa & Imperator, quia ſunt ſupra omnes gradus, ab iisq; omnes dignitatum gradus dependent, ſed eosdem impropriè loqui vult *Suth. Diſſ. de* Id. aph. 183. Quadruplicem aliàs Magiſtratum ordinem facit Gudel. (1) ſunt Illuſtres. (2) Spectabiles. (3) Clariſſimi. (4). Perfectiſſimi. Et erroris convincit omnes perfectiſſimatum omittentes ex *l. un. C. de perfectiſſ. dign.* Quid de *l. ult. D. de ſen.* ſentiendum, *vid. apud Cuj. ad l. 1. C. de Dign.* eam nim. Triboniani eſſe, falsò ſuperſcriptô nomine Ulp. Confuſas tandem has eſſe dignitates, & immutatas ex Nov. 62. pateſcit.

XVII. Non poſſum nunc, quin officiorum, quorum *l.* fit mentio, conciſam dem expoſitionem. Primas tenet Conſulatus. Origo Coſſ. eſt antiquiſſima. Primi ſub adoleſcentiâ Reip. Romanæ effloruêre Brutus & Collatinus Eorum, quantumvis Valerii Poplicolæ indulgentiâ decreverit, auctoritas ſemper fuit maxima. Ecclipſin tamen lugubrem paſſi ſunt, ubi Impp. rerum ſummam ad ſe traxerunt. Hi enim jura condituri Senatum prius deſuper conſuluêre, licentiamq; Senatui Senatusconſulta aliaq; faciendi dederunt, non ut cognoſcerent ſocios Imperii Coſſ. Senatoresque, ſed ne hi dolentius juſtò aut violentius extorſam potentiam ferrent, omni exuti imperio. Vera proinde ſunt, quæ *Tac. lib. 1.*

Ann.

Digitized by Google

Ann. habet: remanſere eadem Magiſtratuum vocabula, ſed non eadem poteſtas. Nam Cæſares ſenſim omnem ad ſe Urbis & Imperii potentiam traxêre. Nomen inerat Coſſ. vis ac poteſtas aberat. Noli autem exiſtimare, omnia ipſis jura erepta, honoremque eorum planè deluſum fuiſſe. Nam multa ipſis ſarta tecta ſunt ſervata, adeo ut Impp. ipſi non dedignarentur Inſulas Conſulatus geſtare, nonnulli binis, trinis pluribusvè vicibus. Adhæc Supra Illuſtrium locô putabantur, ut th. præc. dictum.

XVIII. Seqvuntur Præfecti Prætorio. Ad hanc Præfecturam eligebantur in re militari exercitatiſſimi, jamq; omnibus propè honoribus functi: dicti ſic, non quòd cohortibus aulæ & tabernaculo Principis (quod primis temporibus Prætorium appellabatur, quemadmodum omnem Magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellabant veteres) præeſſent, ſed quòd pluribus ſimul provinciis & integro limiti ſeu diœceſi nomine Imp. præſiderent. *Suth. de jurisd. §. 218.* Præfuerunt non tantùm diſciplinæ militari, ſed etiam judiciis, pleniſſimum habentes imperium, tantamq; jurisdictionem, ut ab iis nulla eſſet provocatio *l. ſi quis C. de appell. Gud. de jure nov. lib. 5. c. 4.* Vide multis laudum præconiis efferentem hanc Præfecturam *Caſſ. 5. Varior. 3.* Hiſce hodie æquiparat Electores *Schneidevv.*

XIX. Excipit Præfectum Prætorio tanquam genus certa nunc ſpecies nim. P. P. Illyrici. Auctum ſc. innumeris adjectis Provinciis Romanum Imperium Impp. certis diſtinxerunt limitibus, quorum ſinguli plures continebant Provincias. Quomodo per diverſorum temporum ſeriem quæq; ſuos fuerint nactæ Provinciæ Magiſtratus, ſolidè antè laudatus *Gud* tradit *l. 5. c. 6.* Illud tantùm hic annoto, duplex fuiſſe Illyricum Orientale & Occidentale. Unus ſub Auguſti tempora regebat Præfectus ex Mecœnatis ſuggeſtione ordinatus, addit poſt Conſtantinus plures, ut quatuor in univerſum facti P. P. duo in Oriente, reliqui in occidente. Illorum prior dictus P. P. Orientis, alter P. P. Illyrici,

cui

cui ſuberant duæ diœceſes, Macedonia & Dacia. *Cuj. ad l. 12. C. de ann.* Horum anterior dictus Italiæ, ſub quô diœceſes tres Italia, Illyricum occidentale & Africa. Illyrici ſex fuêre Provinciæ; poſterior P. P. Atq; hæc ex Conſtantini inſtituto, quod poſtea tempore variatum.

XX. Ulterius venit *Adminiſtratio Urbis*, & per eam nihil aliud quàm Præfectura Urbis: Illuſtribus annumerantur P. U. Conſidebant in Senatu ſuper omnes *l. 3. C. de off. P. U.* primiq; ſententiam dicebant. Præfectus Prætorio, Urbis & Magiſter militum ſeparata quidem officia habebant, ſed gradu dignitatis erant pares. Is in privatâ vitâ *locô* (ſic corrigit Cujac. delens *locum* in h. l.) potior eſt, qui promotionis tempore & codicillorum adeptione alios præceſſerit *l. 1 C. de P. P.* ſive U. Quoad poteſtatem verò erant diverſi. Amplior etenim erat P.P. quàm P. U. qvia hujus poteſtas terminabatur centeſimô ab Urbe lapide, illi data non Urbis, ſed Orbis adminiſtratio, verba ſunt Ill. Strauch. *de cent. lap.* De Præfecturâ Urbanâ nota hæc ex *Caſſiod. 3. var. 11.* circumſpice quàm magnum ſit primordiis tuis canam Romam potuiſſe committi: ut in illô ampliſſimô cœtu Judicis videaris eminere ſuggeſtu, ubi eſt arduum, vel ipſum obtinere Collegium. Juſſus eſt *P. U.* ſeditioſos & à diſciplinâ publicâ deviantes à Theodoricô Rege ſuâ auctoritate percellere, *Caſſ. 1. var. 44.* Vid. *Rittersb. ad Nov. p. 2. c. 1.*

XXI. Proximus à poſtremô officiali in hôc membrô legis venit Magiſter militum. Officium ejus fuit in comitatu Principis curam exercitus habere, & inter milites cognoſcere. *Vid. tit. C. de off. Mag. mil. Gutb.*

XXII. Ultimus memoratur Magiſter officiorum. Ad hunc tota palatii diſciplina quoad mores pertinebat, omnesq; ſcholarum ordines & officia regebat. Merum imperium ipſum habuiſſe probat *l. raptores. C. de Epiſc. & Cler. l. un. C. de rapt. virg.* Abſolutiſſimam ejus deſcriptionem reliqvit nobis *Gutb. l. 2. c. 20. de off. dom. Aug.* quò lectorem remitto.

XXIII. I-

Digitized by Google

XXIII. Igitur quod quidam de Spartanis Senatoribus dicere ſolitus eſt, ad Patricios noſtros ſic accommodare licebit: in ſola Conſtantinopoli expedit ſeneſcere. Notabis autem hic, Juſtinianum noſtram Zenonis Conſtitutionem intervertiſſe. Ex illius enim voluntate licuit Viris Illuſtribus Patriciatus codicillos accipere, quantumvis nec Conſulares eſſent, nec Præfecti. *Nov. 62. §. 2. in f.*

XXIV. Opportunum jam eſt, privilegia Patriciorum enumerare: è multis tantùm pauca pro more delibabimus. (1) Ab oneribus Curiæ erant liberi, *l. 64. in f. C. de Decur.* Solvebat autem Curiâ Patriciatus & Conſularitas ſolô honoris titulô, reliquæ dignitates non niſi adminiſtrationis meritô *l. ult. C. de Dec. Nov. 70. & 81.* (2) Zeno permiſit ipſis ſuâ Conſtitutione cauſam injuriarũ per Procuratorem in quos c. competenti judicio etiam criminaliter vel ſuſcipere vel movere *§. 10. Inſt. de inj. l. fin. 6. eod.* quod dignitati eorum eſt tributum, ob quam etiam illud receptum, ad eos ut domum mitti ſoleat teſtimonii causâ, cùm aliàs teſtes ſint evocandi, ut coram in judicio teſtimonium perhibeant, *Rittersh. ad §. 10. Inſt. de inj.* (3) Quæſtionibus non poſſunt ſubjici; multorum ſiquidem munerum teſtimoniis commendata devotio viros eximit quæſtionibus *l. 17. C. de quæſt.* (4) Propter Imperiale miniſterium paragaudas auratas aut in tunicis, aut in lineis habere licet, *l. 2. C. de veſt. holoſ.* Quid paragaudæ ſint, exponit *Cuj. ad d. l.* (5) Domos proprias hoſpitum immunitate habent ſecuras *l. 10. C. de met. & epid.* (6) Patricii, ſi iis crimen publicum privatumq; ingeratur, non niſi coram Principe vel ſacrô cognitore, cui Ille negotii audientiam mandavit, tenentur comparere, *l. 3. pr. C. ubi Sen. l. Clariſſ.* Et nemini licet in reos hoſce aliquid ſtatuere, ſed ſuo id reſideri vult arbitrio Zeno *§. 1. & 2. d. l. 3.* (7) Statim atq; in dignitatis hujus apicem relati, quod palmarium eſt, Patresf. efficiuntur, & patriâ poteſtate exeunt, puta quà commoda, *§. 4. Inſt. quib. mod. jus pat. pot. ſol. l. ult. C. d. Coſſ.* Memini lege-

Digitized by Google

re diſputantem *Arniſ.lib.1.de Rep.c.4.ſect.7.n.18.* contra Imperatoris rationem in *d.l.ult.* tanquam minùs & ex inſufficienti competentem: cùm Imp.alteri jus ſuum invito auferre nequeat *l.4. C.de Emanc.lib.* Et multùm intereſſe dicit inter emancipationem & exemtionem Principis, cùm in illâ utriusq; Patris & filii præſupponatur conſenſus, quem in ſuo Reſcriptô non exprimit Imperator. Rationem, cur Patriciatus patriâ poteſtate liberet, poſitam in poteſtate Principis infinitam nominat *Rittersb. in Com. ad §.4.Inſt.quib.mod.jus P.P.ſ.* Poteſt quidem, pergit Arniſ. d. l. invitô patre filius ad Patriciatum promoveri ob publicum intereſſe, quod lubentiſſimus concedo. Ob hoc enim invehunt in *Alex.* ſuum *Diocl.& Maxim.AA.* filios in poteſtate patris poſitos ad honores ſeu munera non poſſe evocari falsò arbitrantem, *l.5.C. de dec. & fil. eor.* non tamen ſtatim patriâ poteſtate eximi, qvia ſalvô jure domeſticô fungi poteſt dignitate. Verùm hæc omnia diluuntur ex *l.3. C. de Primip.* Et juris civilis poſitivi conditorem quis prohibeat contrarium ei juri inducere, modò ne nimium quantum juri naturæ vis fiat? Videtur autem Imp. Juſt. primam hujus juris originem ſibi vendicare & privilegii quâ punctum liberationis à patriâ poteſtate, quod tamen non ferendum. Nam *Caſſ.* qui multis ante Juſt. annis ſub Theodoricô Rege egit, *6. varior. 2.* dicit, tantam leges illis (Patriciis) reverentiam detulerunt ut in ſacris poſitus cum hôc fuerit honore præcinctus, PATRIÆ POTESTATIS NEXIBUS EXIMATUR. Niſi fortè ipſum excuſemus, ut dicamus, eum de ſuô Imperiô id intellectum voluiſſe, haudquaquam de aliis, verbi gratiâ Italiæ, ubi jam diu hæc obtinuerant. Ex Conſtitutione Juſt. hoc aliis dignitatibus itidem eſt tributum, ut ſcilicet earum quâdam honorati ſtatim Patresfamiliâs fierent. Sic Epiſcopatus liberat nexu patriæ poteſtatis *Nov.81. in fin.* quod repetitur in *Nov.123.* Olim hoc ſecus erat, & Epiſcopus manebat ſub ſacris paternis.

l.34.

l.34. C. de Epiſc. & Cler. Huic adde quinque alias dignitates jure Noviſſimo idem præſtantes, ſcilicet Conſulatum, Conſularitatem, Præfecturam Prætorianam, Præfecturam Urbis in actu conſtitutam non codicillarem, & demum Magiſterium militum. *Nov. 81. cap. 1. pr.* Et in univerſum quæ dignitates liberant à Curiâ (enumeratas has vide *in l. fin. C. de dec.*) liberant etiam patriâ poteſtate, unde auctior dignitatum, quàm qui *d. Nov.* eſt, redditur numerus.

Caput III.

Conſpectus.

Patricii Gutberii. C. M. Patriciatus. Conſulatus Honorarius. Vacantes & Honorarii. Libra auri. Aquaductus Publicus. Numus. Affines Patriciis *in Ariſtocratiis.*

Th. I.

NOn præterunda hâc occaſione nova Species Patriciorum, quam Gutherio acceptam ferimus: prout & ipſe ſe primum eam advertiſſe fatetur. Hi Patricii militibus præerant, qui in ſedibus, i. e. ſtationibus, Gall. garniſons, agebant. Talium poteſtas eadem fuit in militum ſedibus, quæ Magiſtrorum militum in expeditione, ab iisq; utplurimum prodiere. Patricii hujus generis magnâ quidem præditi poteſtate non tamen perpetui erant, ſed ad nutum Principis deſtituebantur, dicti Expatricii finitâ adminiſtratione. Hinc non habemus neceſſe, obtortô quaſi collo Expatriciorum conditionem aliunde trahere, ſicque nominare, qui ob admiſſa crimina, quibus tantum dignitatis culmen polluitur, tanquam indigni eô dejecti ſunt: ſubdubito, an uſus Geniusque Latinorum Conſules Quæſtoresq; &c. qui ignominiosâ miſſione exauctorantur, Exconſules & Exquæſtores dici ferat. Nonnulli aliàs Expatricios & Patricios eoſ-

Digitized by Google

dem putant. Draco Ex ceſſationem officii, haud verò dignitatis, quæ officio cohæſit, notare arguit. Quid ſi Ex vim vocis augere dicatur? Gramm.annuunt ſanè. Exaudire tamen hæc de Conſt. Patriciis malumus. Vid. prolixius laudatum *Guth.* optimæ eruditionis virum *de offic.dom.Aug.lib.2.c.19.*

II. Alia inſuper Patriciorum ſub Carolò Magno ratio cœpit. Nam ipſi nec Conſtantini Patriciis, neque hanc contiguè præcedente theſi viſis in omnibus conveniunt. Utrisque ſpectatiores fuiſſe palàm eſt. Ab illis diſcrepebant in eò, quòd illìc promiſcuè legerentur, quicunque modò non viderentur indigni; hîc ſub unò Carolò Magnò ejusque proximis & ſucceſſoribus Patriciatus reſidebat; illi Conſiliis Imp. aderant, hi Papæ manu virisque. A proximis, quòd illorum operâ Imp. horum Eccleſiæ ſalus magis promoveretur. Conſignatum enim legi, animadversò, multùm ſanguinis in ſingulorum Paparum electione profundi, idque ex Capitis carentiâ, cujus memoriâ efferatorum rabies deſæviret, unanime ſuffragium ferente Senatu populoque Romanò, Patricium *Romanorum* Carolum fuiſſe inſtitutum. Quæ non fert *Lehm.in Chron.Spir.* præferens Nic. Cuſan. narrationem, quâ diſcimus, Pipinum Romanæ Eccleſiæ & Pontificibus terras quasdam egregias utendas fruendas, ut ſic dicam, dediſſe, easque contra inſultus hoſtium Defenſorem & Patronum efflagitaſſe; quò meliorem ſibi ordinare neſciverunt, quàm Carolum, dictum *Patricium*, quòd *Patris* vices in curâ gerendâ expleret. Occupatus fuit hôc oneroſò honore ante collatum nomen Imperatorium, vivente adhuc Patre Pipinò. Dn. Martini in *lib.Aquil.Triumph.c.3.§.5.* eò titulo nihil Carolo tributum vult, quàm jus civitatis, adjunctam habens nobilitatem. Quî tamen hæc admittenda non video. Ex literis ad Carolum datis, quas recitat Lehm.in Ch. Sp. liquidum eſt, Carolomannum Germanum Caroli, gemini cum eò fuiſſe honoris. Errant proinde

Digitized by Google

inde, ut è dictis colligere eſt, qui Caroli Patriciatum ab anteriori ſc. Conſtantini diſtinguere nolunt.

III. Ad finem quò deveniam, propero ad alterum legis 3. membrum, quod perſequar tanquam per ſaturam, quia continet à ſcopô paululum aliena. Sancitur verò ibi, ut Honorarii Conſulatus inſignibus decorati ſub introitum centum libras auri ad reficiendum aquæductum publicum miniſtrent, ad ſimilitudinem eorum, qui per annale tempus conſularium editione munerum gloriantur. Honorarii Conſules imaginariâ tantùm Conſulatus dignitate ornati ſunt, Codicillis ab Imperatore impetratis, vid. form. in *Caſſ. 2. var. 10.* Sicut honorarios tutores appellamus eos, qui non adminiſtrant. Alia honorarii vocis eſt acceptio in §. *7. I. de J.N.G. & C.* & dicitur omne id jus honorarium, quod Prætor introduxit. Contradiſtingvuntur autem ordinariis. Suffectos & honorarios eosdem putat Rittersh. Non poſſum mihi temperare, quin Nov. 62. verba nonnulla huc egregiè facientia tranſcribam: antiquitus erat quædam Præfecturæ figura, quam honorariam vocabant, codicillis ab Imperiô ſuper eâ collatis. Hanc autem ita nominabant, ut nihil aliud niſi purum honorem iis, quibus præbebatur, conferret, quæ Curiales non liberabat à Curiali fortunâ Et in cap. 1. Honoratus quidem ſit, & maximæ Curiæ pars eſſe videtur, ſed manet ſub antiquâ fortunâ, ſolum lucratus honorem. Illuſtrium titulo Honorarii iſti inſigniebantur: unde conſtat, titulos non ſolùm Magiſtratuum acceſſiones fuiſſe, ſed Principes his aliquando nonnullos ornare ſolitos absq; ulla adminiſtratione, qui idcirco dicebantur *vacantes*, aut etiam *honorarii.* Differentiam inter vacantes & honorarios ſtatueres *ex l. 2. C. ut dign. ord. ſerv.* Vacantes erant ζωςοὶ, & honorarii ἄζωςοι. Dignitas illuſtris enim cum cingulô defertur plerumq; iis, qui adminiſtrationem geſſerunt, unde fiunt Vacantes, ut primicerius Notariorum peractâ adminiſtratione, fit magiſter offi-

 ciorum

ciorum vacans. Honorarii nullum geſtant cingulum, nullô merito antè geſtæ adminiſtrationis hunc honorem conſequuntur, ſed ſolô principalium Codicillorum beneficiô. *Cujac. ad l. 2. C. ut dign. ord. ſerv.*

IV. Libra auri quid fuerit & valuerit, Strauchius noſter in *Kal. Jan.* docet, libram auri ſc. continuiſſe poteſtate ſolidos ſeptuaginta duos, quem vid. *cap.4.* ubi multis difficultatibus brevi manu, ſed pro more, feliciſſimè medetur. Idem tradit Dn. Præſes, *in Diſſ. de Curſu Publ. cap. II. th.7.* ubi fatus auri libram LXXII. ſolidis, addit ſolidum duobus ſcutatis ſeu Rhenanis aureis conſtitiſſe, ex computô igitur libram auri feciſſe 144. ſcutatis. Centum porrò libræ conficiunt 14400. Temerarius eſſem, ſi hiſce aliquid ſuperadderem.

V. De aquæductu publicô reſtat, pauca dicam. Pateret hic amplus campus, in quem me diffundere poſſem, niſi placeret rem multis prolixiuſculè, præcipuè in *Diſſ. de aquæductibus* ſub Præſ. Dn. Struv. An. 1666. hîc loci habitâ tractatam, levi ſaltim brachio tangere. Prius proinde notandum, multas fuiſſe aquas ad uſum populi à Regibus, Conſulibus, & Impp. ſub iisdemq; ab aliis Magiſtratibus in Urbem perductas, Primus id tentavit Ancus Marcius Rex, qui aquam Auſejam antè, poſt Marciam dictam in Urbem duxit. Hinc in numis quibusdam, (exemplar quoddam typis expreſſum vide ſis in *d. Diſſ. de aquæd.*) eſt ab unâ parte caput hominis cum hôc nomine Ancus, ab alterâ verò aquæductus cum his vocibus AQVA MAR. in orâ numi PHILIPPUS. Nam & aqua Marcia, ceu monitum, à Marciô Rege deducta eſt, & Philippus Marciorum cognomen eſt, cujus gentis auctor erat Ancus Martius, V. Carol. Sign. de Nomin. Romanor. Labores hæc opera publica infinitos, ſumtus immenſos, operam ſtupendam, curamque exquiſitiſſimam efflagitabant. Ducebatur aqua opere arctâ concluſione curvatô rivoque ſubterraneô tantâ altitudine,

ut

ut eques vir per aquæductus tales commodè poſſet incedere. Variis hinc rationibus Ærario Imperiali Principis conſulere laborarunt, ne ſumtibus in aquam hanc ducendam faciendis nimium exhauriretur, & inter alias munificentiâ Conſulis honorarii. Id tamen poſtea abrogatum, cùm ad Conſulatum nonnunquam procederent, interdum ſibi ipſis non ſufficientes, nedum aliis quicquam, quid dicam tantam auri molem, erogare valentes. Diſtœdet igitur in hiſce ulterius immorari.

VI. Progredior potius ad affines noſtris Patriciis, ſeu qui commodè iiscum comparari poſſint. Varii varios nominant, pauci rationem tertii exprimunt. Videbimus nonnullos. Petr. Heigius *p. 1. quæſt. 4. n. 13.* cum Patriciis *Electores Imperii* confert: niſi tertium in eô putet, quòd proximum ab Imperatore locum, ceu Patricii olim, obtineant, haudquaquam ab ejus partibus ſtare poſſum. Dicis conſulere Eos Imperatori, ut de Patriciis novimus: verùm non in quantum Electores. Id enim & Principes inferiores cum quibusque Statibus agunt. Inde fortaſſe Giph. *ad* §. *4. Inſt. quib. mod. jus p. p. ſolv.* Principes imperii nominat, in verb. Patriciis poſſunt comparari Principes Imperii, ut apud alios ordo aurei velleris & ſimiles. Nam ut hi fratres Principis, ita Patricii Patres Principis vocari ſolent. Rittersh. ad §. *3. Inſt. de J. N. G. & C.* Patricii, inquit, eâdem fuêre fermè dignitate, quâ hodie per Germaniam Principes Imperii. Proceres regni in Galliâ Patriciis comparat Budæus ad *l. ult. D. de Senat.* qui non niſi coram Rege aut paribus Franciæ judicantur. Cum quô facit Gudel. *J. N. lib. 4. c. 5.* Patriciis iſtis, inquiens, aliquô modô comparare poſſes eos, qui hodie per excellentiam dicuntur Pares Franciæ, Hannoniæ & aliarum quarundam regionum. Vel ſi mavis eos, qui ſunt in ampliſſimô ordine aurei velleris, divi Michaëlis, ſancti Spiritus, aut ſimili aliquô à Principibus ſummi honoris & quaſi confraternitatis causâ inſtitutô.

Perez

Digitized by Google

Perez *aliquò modò* comparat Patriciis, quos hodie per excellentiam nominamus Patres Franciæ & Grandes Hiſpaniæ, vel qui in ampliſſimum aurei vell. D. M. S. S. adſciti ſunt. Adjungo ordinem *de la bande* den Orden der Binden / à Rege Hiſpaniæ factum Anno 1368. Huic Rex ſe ipſum, liberos & fratres cum præcipuorum Landſaſſiorum progenie mancipavit; Nemini præterquam Regi in eum quenquam adſciſcendi facultas erat; inſuper nulli ad eum patebat adytus, niſi nobiliſſimæ proſapiæ fuerit, inſimul Regi, per aliquot annos in officiò publicò ſolertiam, fidemque ex multis rerum argumentis probatam dederit. Ejus tamen uſus hodie omnis abolitus, ut ex Guev. in omni politiori literaturà ſcientiſſimus Dn. Eraſ. Franciſci teſtatur. Cum patriciatu hodie componas Cardinalitiam, *arg. c. felicis. 15. de pœn. in6. juncta l. 5. 6. ad l. Jul. Majeſt.* B. Dn. Schmidel. *in not. ad Schot. E. J.*

VII. Hiſce tamen omnibus palmam præripere mihi videntur ii, qui cum Conſiliariis modernis Impp. Patricios noſtros comparant. Optimè proinde Schulz. in *Syn. Inſtit.* Conſiliarios iſtiusmodi ſtatim poſt dignitatem collatam patrià poteſtate exire dicit, & commodè ad cujusvis Electoris, Principis, Comitis, liberæ civitatis, aut ſtatus alicujus Imperialis Conſiliarios extendit ob itenditatem rationis, quia quilibet ſtatus tantum poteſt in ſuò territoriò, quantum Impp. in totò Imperiò. Eadem ſunt, quæ habet Vult. *ad* §. *4. Inſt. quibus mod. jus P. P. ſolv.* Sique accuratiorem ad horum collationem impendas curam, pauciſſima ſanè reperies, quibus invicem utrique diſcordent. Ob hanc dignitatis & officii analogiam neque vim hiſtoriæ, neq; Conſiliariis ſummis Viris injuriam facies, ſi Patriciorum titulò inſignias. Si privilegiorum ſpectas amplitudinem, parem ſanè, aut ubi Reip. ratio quid abrogavit, in aliis reſtitutam & interdum ampliatam probes.

VIII. Non

Digitized by Google

VIII. Non ineptè forſan hic agerem, ſi de Patriciis in liberis aliisque Civitatibus, Rebusque publicis, ubi Ariſtocraticè imperitatur, florentibus edifſererem. In plurimis hi cum primis, quos ſupra ſub Diſputationis incudem vocavimus cap. 1. conveniunt. Vocantur die Geſchlechter / Gall. Gentils-hommes. Eorum arcana politica expoſuit nobis M. Zuer. Boxhorn. *in Inſt. Pol. lib. 2. c. 6.* Vid. de Patr. Norinb. nonnulla ap. Limnæum in *Jure publ. lib. 7. cap. 35.* ubi augmenta ab Heinricô Imp. privilegiorum data enumerat. Verùm cum pleraque, omnia à ſupra laudato Drac. præcepta videam, illuc Lectorem ea deſiderantem remiſſum eo: ego interim abeo, donec ad hanc materiam Deo Duce & vitâ comite, redeam.

TANTUM.

COROLLARIA.

I. Patriciatus eſt officium & non eſt.

II. Patricii hodie dantur, & non dantur.

III. Qui clam delinquit, graviorem pœnam & remiſſiorem meretur eô, qui palàm.

IV. Datur æquitas ſcripta & non (ſcripta.

V. Crimen mortalitate extinguitur & non extinguitur.

VI. Exheredatio fit bonâ & malâ mente.

VII. Princeps, ut Princeps non moritur.

IIX. Jus naturæ non abrogari, benè autem ei derogari poteſt.

IX. Spado non prohibetur matrimonium contrahere.

X. Frater nõ tenetur dotare ſororem.

XI. Leges divinæ de gradibus morales ſunt, non ceremoniales.

XII. Chirographi redditio remiſſionem debiti, non verò redditio pignoris inducit.

XIII. Jus naturæ competit brutis & (non competit.

XIV. Mater defuncto Patre ad diviſionem familiæ cogi poteſt.

XV. Carnifices non ſunt infames.

XVI. Uxor marito Geradam donare non poteſt, vendere tamen nihil impedit, licèt vilius ſit pretium.

No-

Digitized by Google

Nobili Dn. Reſpondenti & Autori
gratulatur
PRÆSES:

ORa referre Patrum, & ſimiles intendere frontes,
Ingenii fauſti ſigna notare ſolent.
Tu, qui Patricios felici reddere vultûs
Contendis calamo, FRANKE, Themiſtis opus,
Virtutem ſophienq́ Patrum ſub pectora condis;
Te manet hinc Themidis, Patriciumq́ decus.

QVantos in magno feciſti jure profectus
Ingenii ſpecimen doctaque charta probat,
Gratulor, applaudo, conatus laudo, tibique
Atque tuis ſtudiis proſpera quæque precor.

gratul. anim. ſcrib.

Joh. Juſtinus Mühlpfort, D.
Cur. Pro. Sax. Advoc. Extr.

Ad

Digitized by Google

Ad Politiſſimum Dn. Reſpondentem, Amicum ſuum honoratiſſimum.

NOn TE pœniteat tali indulſiſſe labori,
Et magnæ Themidos invigilâſſe choris.
Invigilaſſe choris Themidos, dehinc gloria magna,
Quam Tibi cum plauſu, mox Themis ipſa dabit.

D. TILEMANN, Advoc.

Si noble êt ſujet
Dont traite la diſpute,
Plus noble êt celuy,
Qu'on nomme ſans regret
Un homme, qvi repute

A'un tres-grand bon-heur,
Pouvant juger des choſes,
Qui importent baucoup;
Je veux, que ſans mal-heur
De mon Amy les roſes

Fleuriſſent, & celuy,
Qvi diſcourt des Patrices
Demeure mon Fauteur,
Et mon tres-grand Amy,
Et tout le monde le priſe.

Ce ſont les paroles mal-dreſſeés, qu'a ajoutées en hâte à la diſpute de ſon Amy renommé

Jean Bourchard Griesinger / Maître en Philoſophie, Etudiant aveugle de la ſainte Ecruture.

22 95-347